Sala 1. Leg. 293-94

1

Santa Coloma de Farnes

~~Dos Ventas~~ Venta

~~La una~~ delas Parroquias de Caramyet y la Sparra dela dicha Baronia hecha por el Marques de Aytona a favor de Dn Pedro Carlos Vilademani en 1º de Julio de 1599 ante Domingo Gavarra de Montcateno notario ó Escno de Barcelona

Nº 1217 del Especulo dela Casa de Vilademani

GOBIERNO DE ARAGON

Nº 857/

Nº 1717

Venta de las Parroquias de la Sparra y [illegible] Ditos de Gerona y [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Don Carlos de Vilademany [illegible] [illegible] [illegible] de Farnes [illegible] [illegible] Jayme Barutell

[illegible]

Acte de venda de las Par=
roquias de Castanyet, y la Spar-
ra de la Baronia de Sta Coloma
de farnès fet, y firmat per la Ille Mar-
ques de Ayzona a favor del Ille Dn
Carlos de Vilademany en poder de
Rafel Montañà Not de Gerona al pri=
mer de Abril 1599.

Noverint universi q. nos dompnus
Gastonus de Montecatheno Marchio Aytona Comes Aluzonis
Vicecomes Capprarie et de Basso ac magnus Senescallus In
Regno Aragonum Magisterque rationali domus et Curie Sa=
cre Catolice et Regie Magestatis domini nostri Aragonum
Regis. Quia pro solvendo pensiones censales Censualium in
quibus ratione dictorum Vicecomitatuum sumus obligati
et pro sublevandis et subveniendis aliquibus necessitati=
bus nobis occurrentibus necessario habemus pecunie quan=
titatem Infrascriptam quam minoribus dampno et
Jactura nostris habere nequimus quam per viam Ven-
ditionis Infrascripte licet pluries perquisiverimus. Id circo
Grati et ex certa sciencia Per nos et nostros heredes et
successores quoscumque presentes atque futuros utilitateque nostra
et nostrorum in his previsa et attenta Vendimus et titulo
pure et perfecte venditionis concedimus et corporaliter seu
quasi tradimus vobis Illustri Domino Dompno Charolo de
Vilademanij et de Cardillis domino Ville Sancte Columbe

de Farnerijs Geruudens Deg in Ciuitatibus Barchinone
et Urii populato premiss et Vestris et quibus Volueritis
perpetuo. Totas Illas duas Parrochias dela Sparra
et Castanijs cum toto dominio terminis et territorijs
earundem et Cum Rupibus montibus planis flumini
bus Campis terris honoribus et possessionibus mansis man
souerijs Bordis pratis pasturis deuesijs nemoribus Syluis
Garricis montaneis torrentibus aquis aqueductibus Venatio=
nibus piscationibus tenedonibus terminis et pertinentijs
dictarum Parrochiarum dominijs dominicaturis et
alodijs ac Juribus Vniuersis ac Cum omnibus questibus
Censibus agrarijs tauchis decimis aut partibus decimarum
redditibus et expletorum partibus in quauis Spetie
consistant Introhitibus et exitibus ademprijs Ser
uitijs Seruitutibus rusticis et Urbanis Realibus et perso
nalibus atque mixtis choatis et gratuitis et alijs quibus
cumque apparentibus et non apparentibus quecumque sint et
quocumque noie Censeantur in predictis Parrochijs de la Sparra
ra y Castanijs nobisque competentibus et competere debentibus
et cum quibuscumque tollis questijs alberguis et censis ter
tijs Laudimijs et Foriscapijs a die putti in antea futuris
et debendis et Cum pace et guerra hoste et Caualcata Re=
demptionibusque eorundem et cum priuilegijs Vniuersis fran=
quesijs Libertatibus Immunitatibus porrogatiuis ac Juribus
quibuscumque nec non cum omni dominio et Jurisdicti=
one Ciuili et Criminali alta et Infima mero et mixto
Imperio ac omni exercitio eorundem et Cum punitionibus

et Conquistionibus hominum et mulierum et cum omni et quacumque alia Jurisdictione cujuscumque naturæ seu speciei existant et cum militibus et dominabus hominibus et mulieribus cujuscumque conditionis in eisdem Parrochijs habitantibus et a cetero habitaturis et cum feudis feudatarijs et alijs quibuscumque directis et utilibus dominijs et cum homagijs et fidelitatibus Bajuli officialium et vassallorum et cum redemptionibus hominum et mulierum et cum dominio et districtu placiti mandamenti preconizationibus empariis fatiliis et Juribus universis in quocumque genere et specie consistentibus et omnia alia et quecumque Jura bona et res que nos habemus et possidemus nobisque competunt et competere possunt ac debent tam de Jure vel seu consuetudine [illegible] cati intra terminos dictarum Parrochiarum de la sparra y Caltanijes et quibusvis rationibus titulis sive causis et que omnia hic pro expressis et designatis haberi volumus per inde ac si in specie de verbo ad verbum nominarentur et in presenti scriptura designarentur quas quidem Parrochias habemus tenemus et possidemus nostris Justis et legitimis titulis Jura propria sive per purum liberum et francum alodium in Diocesi Gerundensi que ambe cum eorum Juribus et pertinentijs terminantur prout et quemadmodum de comuni nostro consensu fuerunt terminate hoc modo

Hanc autem venditionem de predictis omnibus et singulis vobis dicto emptori et vestris et quibus volueritis perpetuo fa=

cimus Eorum introitibus et exitibus Integritatibus
propietatibus Iuribus et pertinentiis suis Universis ac
cum omnibus et singulis melioramentis et augmentis ibi
factis et amodo faciendis prout melius et Utilius ad
vestrum et vestrorum commodum bonumque et sanum
Intellectum potest Intelligi sive dici. Pretio videlicet
Bis mille quingentarum decem Librarum Barc.^{nae}
Iuitiet pro luisditione mille librarum, quod quidem
pretium a vobis Confitemur et recognoscimus nos habu
isse et recepisse Voluntati nostrae omnimodae hoc modo
nam Illud penes vos de nostra Voluntate retinuistis et reti
netis Illudque de proximo Convertere habeatis in solutione
pensionum Cessatarum Censualium dictorum Viceco=
mitatuum et forsan aliorum prout in quodam memo=
riali manu nostra firmato de proximo vobis Liberando
Continebitur a quibus quidem Creditoribus in Casu so
lutionis seu solutionum obtineatis et obtinere possi
tis apochas et Cessiones ad tuendum et deffendendum
presentem vestram emptionem Contra quoscumque Creditores
et alias quasvis personas actionem aliquam questionem
petitionem vel demandam Inpredictis per vos emptis
facientes & Intemptantes in Iudicio vel extra et ad agen=
dum Contra nos et bona nostra In Casu evictionis si seque
retur et tunc prout modo evictionis rei cuiusque et non alias
Volentes quod facta solutione seu solutionibus sitis et suc=
cedatis in locum et Ius dictorum Creditorum Competantque
vobis Ille et eedem prioritas temporis et potioritas Iuris
hipotecae privilegia preheminentiae prerogativae & alia

actiones que predictis creditoribus competerent adversus
et contra nos & bona nostra si dicte apoce et cessio=
nes minime facte fuissent - Et ideo Renuntiando
exceptioni dicte pecunie non numerate et non recep
te et doli et si plus hec venditio nunc valet valebit
ve amodo pretio ante dicto pretium illud plus quantumcumque
sit vel fuerit vobis et vestris donamus et scienter perpetuo
diffinimus et remittimus donatione et remissione irrevo=
cabilibus inter vivos Renuntiantes scienter super his legi
qua decepti ultra dimidiam iusti pretij subvenitur et
omni alij legum auxilio Extrahentes predicta que vobis
vendimus a iure dominio et proprietate nostris eademque
omnia et singula in vestrum vestrorumque ius dominiu=
um et posse mittentes et transferentes ad habendum
possidendum et aliis faciendum vestras et vestrorum om=
nimodas voluntates Promittentes vobis tradere possessionem
corporalem actualem et vacuam seu quasi predictorum
que vobis vendimus et in ea faciemus vos et vestros
et quos volueritis perpetuo existere potiores preceteris
quibuscumque vel vos et ipsi si volueritis possitis et va
leatis vestra propria auctoritate eam accipere et aprehen=
dere et aprehensam retinere Nos enim interim et
donec dictam possessionem tradiderimus vel vos
vestra propria authoritate eam ~~acceperitis~~ aprehenderitis
fatemur et constituimus nos predicta que vobis vendi
mus vestro nomine possidere Volentes et consentientes
quod vigore horum verborum et ex iuris dispositione
seu ministerio ipsa possessio corporalis seu quasi in vos

pro vere tradita et translata penitus sit et habeatur
ac si per nos tradita existeret realiter corporaliter &
de facto Preterea ex causa hujusmodi venditionis da
mus ~~damus~~ cedimus mandamus et transferimus vo
bis et vestris et quibus volueritis perpetuo omnia jura
et loca ac voces vices rones et actiones reales et perso
nales mixtas utiles et directas ordinarias & extraor=
dinarias et alias quascunq nobis et nostris in predic
tis et eorum occasione pertinentia et pertinere deben
tia quoquomodo Quibus juribus locis vocibus vicibus
rationibus et actionibus predictis possitis vos et vestris
et quos volueritis perpetuo in et super predictis ~~possitis~~
~~vos et vestris~~ uti agere et experiri in judicio et ex
tra judicium et annuatim suis statutis termi=
nis census redditus fructus proventus decimas seu partes
decime tanhas agraria et quascunq expletorum partes
tallias questias, azapita et alia quecunq jura, obventio=
nes et emolumenta predicta que colligentur et reci=
piuntur et levantur a nobis filios et prestantur in
eisdem parrochijs et terminis de la Sparra et de
Castanyeto petere exigere recipere consequi et habere
et pro predictis habendis colligendis recipiendis et ha
bendis quecunq mandata exequtiones districtus &
anantamenta in personis et bonis dictorum hominum et
singulorum vassallorum inde obligatorum facere seu fieri
facere et mandare et dictos vassallos et alios redditua=
rios personas ad solutionem et prestationem predictorum
obligatorum compellere et cogere viribus premiis et compulsio=

nibus quibus decet necnon omnem et quamcumque Iuri=
dictionem Civilem et Criminalem altam et baxam
merum et mixtum Imperium et modicam coherti̇onē
in eisdem Parrochijs et terminis cum omni Iuris pleni
tudine et efficatia regere exercere et administrare ac
regi exerceri et administrari facere et decerni expro
his si vobis videbitur et placuerit omnes et quoscumque pro
curatores Iudices Sagiones ac alios officiales in dictis Par
rochijs et terminis jam creatos et electos et eorum etiam
Locatenentes Revocare deponere et destituere prefigere et
assignare ac de novo ipsos vel alios creare et quodcumque
Iuramentum fidelitatis ab eisdem petere et habere et quo=
cumque mandata preconizationes et edicta facere ac fi=
eri et publicari mandare et eas debite exequutioni de
ducere patibula siue cutella furcas et alia signa dic
tam Iurisdictionem denotantia affigere et erigere
ac effigi et erigi facere et vasallos et alios quoscumque
homines facinorosos et delinquentes punire et castigare
condemnare et exequi mandare et eos si vobis videbitur
absoluere et remittere et omnia alia facere et exercere
que ad plenum dictarum Iurisdictionis Ciuilis et Criminalis
supreme et Inferioris meri et mixti Imperij ac modice
choertionis et alterius cuiusvis cuiusvis districtus compul
sionis et exequtionis exercitium Regimen et administra
tionem fieri requirantur facere gerere et exercere et
administrari mandare et omnia alia facere que nos
facere poteramus ante hujusmodi Instrumenti confectio
nem Iuriumque et actionum cessionem et possemus nunc et

Vel postea quandocumque. Nos enim ponendo et Statuendo vos et vestros et quos volueritis perpetuo In his veros Dños In locum et Ius nostrum facimus et constituimus Inde vos et vestros in predictis veros Dominos et procuratores ut in rem vestram propriam ad habendum tenendum & possidendum et exercendum omnia et singula supradicta et Inde ac aliis vestras omnimodas voluntates faciendum dicentes et Intimantes ac quatenus opus sit Iniungentes et mandantes dictis Universitati et Singularibus personis et hominibus dictarum Parrochiarum terminorum et territoriorum earundem hominibus & feminis feudatariis et vassallis ac Subditis nostris et eorum cuilibet nec non quibuscumque emphiteotis redditurariis et alijs quibuscumque personis qui et que ad solutionem seu prestationem predictis quomodolibet teneantur quibus et eorum cuilibet presentem dicimus & Intimamus venditionem quatenus hujusmodi venditionis vigore vos eundem Dominum emptorem prefatum & vestros pro veris et naturalibus dominis et possessoribus dictarum parrochiarum habeant teneant et recognoscant vobisque et vestris tanquam veris et naturalibus Dñis suis de se Ipsis corporibus et rebus fideliter et naturaliter nec non de censibus fructibus redditibus proventibus decimis peytis (?) tarchis laudemijs tertijs fornicagijs tallis questijs peytis et alijs Iuribus et servitutibus realibus et personalibus ac omnibus alijs Iuribus obventionibus et emolumentis predictis respondeant pareant solvant satisfaciant et obediant prout nobis et nostris pro tempore dictarum parrochiarum preteritis Dominis et possessoribus soliti sunt respondere parere

Soluere et Satisfacere ac ouerie alio mandato seu Intima-
tione a nobis seu nostris minime expectato quod propredictis
ad Solam presentis Instrumenti exhibitionem seu ostentionem
vobis seu vestro legitimo procuratori loco vestri Sacramen
tum & homagium fidelitatis et naturalitatis et aliud quod
cumque licitum et honestum acprestari solitum Iuramentum
faciant & prestent vosque dictus notorius tanquam premissorum que
vobis vendimus veri Dominus ipsos et eorum quemlibet pos-
sitis ad hec Compellere distringere et Cogere viribus omni
bus et Compulsionibus quibus decet. Nos enim thenore presentis
publici Instrumenti ipsos et eorum quemlibet a dictis et consi
milibus Sacramento & homagio fidelitate et naturalitate do
minio et obligatione et eorum vinculo et qualibet alia ne
cessitate ac Iure et actione quibus nobis et nostris tenerentur
et stricti erant seu obligati propredictis absolvimus libera
mus et penitus relaxamus In manu et posse notarii Infrascripti tanquam
publice persone pro eis recipientis et stipulantis postquam tamen
vobis vel vestris aut alij loco vestri predicta fecerint & pres
titerint Sacramenta et homagia modo simili vel eodem
Saluamus tamen semper Iure et feudali dominio
illius domini seu illorum dominorum pro quo seu quibus
predicta in feudum teneantur in omnibus videlicet tertijs lau
dimijs et foriscapijs firmis fatiis Iuribus emparandi et reti
nendi et alijs omnibus et singulis ad feudale dominium per
tinentibus et pertinere debentibus quoquomodo si forsan pre
dicta in feudum teneantur, Saluamus inquam quoad deci
mam seu partem decime parrochia de Castanijeto si qua
est Reuerendissimi Domini Gerundensis Episcopi et ciuium menie

12

Episcopali tam. Domini Supremi Saluamus Ins nobis Iure et feudali dominio quod ad dictam decimam seu partem decime nostri et nostrorum tamq. domini inferioris In omnibus decq. tertijs laudimijs et foriscapijs firmis fatigiis Iuribus emparandi et retinendi et alijs omnibus et singulis ad feudale dominium pertinentibus Est tamen actum et conventum inter nos dictos Contrahentes que atres lo terme de dita parrochia dela Sparra arriba y per ventura passa lo Cami Real qui va de Hostalrich en arrugit y moltas voltes se succheix ferse robos y altres malefitis en ell y essent dit Cami de dos senyors se porian succehir molts grans Inconvenients en la persequitio dels lladres y malshomens perço es concordat entre nosaltres dits venedor y comprador que lo terme de dita parrochia de la Sparra que arriba al cami Real se hage de retirar envers la montanya conforme Hieronijm de Çaportella Governador nostre en los dits Vescomtats de Cabrera y Bas y vos dit comprador vos ne concordareu y acas nous ne pugau concordar que hajau de elegir entre vosaltres un tercer lo qual done lo modo y forma en retirar dit terme de la Sparra de tal manera que lo Cami real reste a nos dit venedor y que se hajan de posar termens en dit lloch per major claritat de nosaltres Et sic absq. aliquo alio retentu Convenimus et promittimus vobis dicto emptori et vestris et quibus volueritis perpetuo predicta que vobis vendimus faciemus vos et vestros semper habere tenere et possidere In sana pace et secure et contra cunctas personas et Inde vobis et Ipsis semper firmiter tenere volumus et promittimus In omni casu de

firma et legali predictorum euictione et legittima deffensione omnique dampno sumptibus expensis et interesse eorundem in litte et extra omni exceptione remota expergalthom in hunc qui sequitur modum Itaque si forte per quamcumque personam cuiusuis status gradus vel conditionis sit vel fue rit fiet mouebitur seu intemptabitur vobis vel ipsis in iudi tio vel extra directe vel indirecte aut alias quoquomodo pro premissis vel eorum oratione lis aliqua questio vel deman da in continenti promittimus nos et nostros ante vos et eos ponere preparare et stare et in nos suscipere totionem litigii agereque ducere prosequi tractare et finire om nes et singulas causas siue littes questiones et demandas que proinde vobis fient vel mouebuntur qualitercumque nos tris propriis sumptibus dampnis expensis et interesse et absque dampno et expensis vestris vel vos et ipsi si malueritis possitis ipsas causas siue littes questiones et demandas agere ducere prosequi tractare et finire per vos met ipsos aut inter= positam personam electione tamen super hoc vobis et eis reseruata Remittentes cumque vobis et ipsis pacto conuento onus denuntiandi predicta et necessitatem appel= landi et vos appellaueritis non teneamini ipsam prosequi appellationem Nos enim conuenimus et promittimus vobis et eis restituere et fideliter emendare omnia et singula dampna sumptus expensas et interesse que feceritis et sus= tinueritis qualitercumque premissorum oratione necnon totum id quid et quantum inde forsan a vobis obtentum fuerit seu euictum Et hoc tamen obtinendo in

14

in ipsis causis (quod) etiam succumbendo. Super quibus
quidem damnis et expensis credatur vobis et vestris vestro
solo plano simplici(que) verbo sine testibus et iuramento nullo
probationum genere requisito et nos et nostri non possimus
dicere proponere vel allegare quod iniquam vel iniustitiam vobis
facta fuerit aut quod negligenter seu remisse fueritis vel
si forçan succumbere contigerit quod ob culpam advocati
seu procuratoris succumbueritis nec aliquas alias exceptiones
seu deffentiones ac diffugia quominus ad predicta omnia
et singula efficaciter teneamur. Et pro predictis omni
bus et singulis attendendis et firmiter complendis ac ob
servandis obligamus vobis et eis omnia et singula bona
et iura nostra et nostrorum mobilia et immobilia presentia
et futura habita ubique et habenda etiam privilegiata
qualitercumque. Renuntiantes scienter super his legem
dicentem quod emptor teneatur primam evictionis causam
sumptibus suis prosequi usque ad primam sententiam
diffinitivam inclusive et alijs si quis per imprudenti
am ff. de evictionibus et omni alij iuri his obviantis.
Insuper convenimus et promittimus vobis dicto emptori
et vestris ac Francisco Pasqual notario publico Ilerdensi
ac per totum Cathaloniae Principatum infrascripto tanquam pub-
lica persona hec a nobis nomine nostro et nostrorum
omnium etiam aliorum quorum interest et intererit
nunc vel etiam in futurum stipulanti legittime et recipi
enti ac etiam sponte iuramus in animam nostram per
Dominum Deum et eius sancta quatuor Evangelia a nobis
corporaliter tacta predictam seu huiusmodi venditionem

et omnia alia et singula supradicta rata grata et firma semper habere tenere et servare attendereque et complere et nullatenus contrafacere vel venire infringere seu revocare ratione aliqua iure modo vel causa. Actum est hoc intus Monasterium Sancti Francisci Barchinone die primo mensis Julij anno a nativitate Domini millesimo quingentesimo nonagesimo nono. Sig+num nostri Domini Gastoni de Montecatheno Marchionis Comitis et Vicecomitis ac venditoris predicti qui hec laudamus firmamus et iuramus. Testes huius rei sunt Magnificus Joannes Riaell V.I.D. civis Barcinone et honor Josephus Sala mercator civitatis Vicens

1 Juliol de 1599

Postea die tertio mensis Augusti anno a nativitate Domini millesimo sexcentesimo. Admodum Ill.mus et R.mus D.D. Franciscus Arevalus de Suazo Dei et Sancte Sedis apostolice Gerundensis Episcopus et ratione sue mense Episcopalis dominus feudalis dicte decime de Castanyeto huiusmodi venditionem et omnia et singula in ea contenta feudalis dominij ratione firmavit iuribus feudalibus in omnibus et per omnia expressis et non expressis semper salvis et illesis remanentibus et signanter in dimidia libra cere de censu quam dicta decima facere anno quolibet die Sinodi mense Episcopali iuxta thenorem capitreuationis per nobilem dominum Franciscum de Cruilillis ut procuratorem nobilis Domini Jacobi de Viladomanij dicto Domino Episcopo facte cum instrumento rogato apud Franciscum Blanes notarium Vicariatus Ecclesiastici Gerundensis die vigesima prima Junij proxime preteriti, Pro qua

16

firma et [illegible] confessus fuit habuisse per manus dicti nobilis Domini Francisci de Cruilles Gerundae populati procuratoris dicti domini Don Caroli de Vila de maris in presentia notarii et testium Infrorum octuaginta libras Barcinonenses de quibus apocham firmavit. presentibus pro testibus venerabili Jacobo Amatller presbitero ebdomedario villae Episcopalis et Jacobo Francesch scriptore Gerundae, Et Jurisbus nominibus. approbo ego notarius. Infrascriptus

Sig+num O Raphael Monras not. publicus Gerundae authoritate Regia Substitutus ab Herede Don Joannis Carrera, et de Turo q. publico Civitatis Bajuliae et Vicarie Gerundae Suarumque pertinentia & notarii tenens Scripturas publicas Francisci Pasqual q. etiam notarii publici dictae Civitatis. Hec penes dictum Pasqual q. notarium recepta scripsi feci signavi subscripsi et clausi rogatus In fidem:

Sit omnibus Notum Quod nos Dominus Gastonus de monte Chateno Marchio Aytona Comes

Auzonie Vicecomes Capprarie et de Bruno ac magnum Se
nescallum in Regno Aragonum magisterque rationalis
domus et Curie Sacre Catholice, et Regie Magestatis Dñi
nostri Aragonum Regis Gratis et ex certa scientia Confite
mur et recognoscimus vobis nobili domno Carolo de Villade
manij et de Cudillis Domino ville Sancte Columbe de ferne
rijs Gerundensis Dios in Ciuitatibus Barchinone et villa po
pulato gratis quod dedisti et soluisti nobis voluntati nostre
omnimodo Bis mille quingentas et decem libras
Barcinonenses proquarum pretio vendidimus vobis et
vestris et quibus volueritis perpetuo Maiolucas parrochias
dela Serra ij Castanijes una cum toto dominio termi
nis et territorijs eorundem ac alijs rebus prout hec, modum
solutionis pretij ac alia quamplurima in Instrumento
dicte venditionis et Cessionis die presenti et Infras
cripta ac paulo ante Istud in Subscripti notarij posse
Confecto ad quod referitur latius sunt Contenta Et Ideo
Renuntiando Exceptioni pecunie predicte non numerate
non habite et non recepte et doli hanc Inde vobis
facimus apocham cum pacto de non petendo. Actum
est hoc Intus Monasterium Sancti Francisci Bar
chinone die primo mensis Julij anno a natiuitate
Domini millesimo quingentesimo nonagesimo no
no Sig✠num Domphi Gastoni de Montecatheno
Marchionis Aijtone qui hec laudamus et firma
mus Testes hujus Rei sunt Magnificus Joannes

Grahell V. I. D. Civi Barcinone et hon. de Josephus Sala mercator Civitatis Vici ÷ Fetecissimus approbo ego not. Infus.



O Raphael Monras not. publicus Gerunde authoritate Regia substitutus ad heredes Don Joannis Carrera et de Gurb q. publico Civitatis Bajulie et Vicarie Gerunde Suarumque pertinentiarum not. tenens scripturas publicas d. Francisci Pasqual q. etiam not. publici dicte Civitatis. Hec penes dictum Pasqual q. not. recepta scribi feci signavi subscripsi et clausi rogatus in fidem V.

Nº 121.

GOBIERNO DE ARAGON